

Cap. VII. De dolosa ejusdem<sup>a</sup> factione contra Olavum<sup>b</sup> filium Tryggva<sup>c</sup>

Anno vicesimo nono deinde regni sui comperit<sup>d</sup> quod Olavus<sup>e</sup> filius Tryggva<sup>f</sup> esset in Anglia, adolescens bonæ indolis, qui reversus a<sup>g</sup> Rusciæ<sup>h</sup> partibus, ubi<sup>i</sup> nutritus et<sup>j</sup> adjutus a<sup>k</sup> Waldemaro rege<sup>l</sup> fuerat, cum piraticam exercebat in Daciam, egressus<sup>m</sup> de navibus interceptus est ab hostibus, ne ad easdem redire posset<sup>n</sup>. Compulsus igitur hac necessitate divinum invocare auxilium, vovit se christianum<sup>o</sup> fore, si de instanti eriperetur periculo. Liberatus ergo divinitus<sup>p</sup> receptisque<sup>q</sup> navibus abiit<sup>r</sup> in Hyberniam<sup>s</sup>, inde profectus est in Sullingas insulas, quæ adjacent Britanniae majori, ibique<sup>t</sup> baptizatus est cum omnibus suis a<sup>u</sup> viro venerabili Bernardo<sup>v</sup> abbate<sup>w</sup>. Inde perrexit in Angliam, ubi et<sup>x</sup> moratus est aliquot annis; mutato tamen nomine dictus est Ole, eo<sup>y</sup> quod nollet palam fieri<sup>z</sup> quisnam esset.

Hocon ergo ut cognovit eum pro certo ibidem morari<sup>2a</sup>, modis omnibus intendit animum ut eum vita privaret, eo<sup>2b</sup> quod pæne<sup>2c</sup> solum timeret sibi suisque<sup>2d</sup> hæredibus<sup>2e</sup>. Et quia totus erat fraudulentus, multum diuque<sup>2f</sup> secum deliberans, quidnam facto opus esset, postremo<sup>2g</sup> vocavit ad se avunculos scilicet Olavi<sup>2h</sup>, fratres videlicet matris ejus<sup>2i</sup>

<sup>a</sup> eiusdem — L. <sup>b</sup> Olauum — L. <sup>c</sup> Tryggva — L. <sup>d</sup> comperto — L, S, K (12), A; comperit — Storm (13). <sup>e</sup> Olauus — L. <sup>f</sup> Tryggva — L, S, K (13); Tryggi — A; Tryggva — Storm (13). <sup>g</sup> à — L. <sup>h</sup> Rusciæ — L; Russiæ — S; Rusciæ — K (13), A. <sup>i</sup> verum — L; verum — S, K (13), A; ubi — Storm (13). <sup>j</sup> & — L. <sup>k</sup> à — L. <sup>l</sup> Rege — L. <sup>m</sup> egressus — L. <sup>n</sup> posset — L. <sup>o</sup> Christianum — L. <sup>p</sup> divinitus — K (13), S; divinitas — A. <sup>q</sup> receptisque — L. <sup>r</sup> abiit — L. <sup>s</sup> Hyberniam — L, S, K (13); Hyberniam — A. <sup>t</sup> ibique — L. <sup>u</sup> à — L. <sup>v</sup> Bernharde — S; Bernardo — K (13), A. <sup>w</sup> Abbate — L. <sup>x</sup> & — L. <sup>y</sup> eò — L. <sup>z</sup> fieri — L. <sup>2a</sup> morari — L. <sup>2b</sup> eò — L. <sup>2c</sup> pene — L. <sup>2d</sup> suisque — L. <sup>2e</sup> heredibus — L. <sup>2f</sup> diuque — L. <sup>2g</sup> postremo — L. <sup>2h</sup> Olauum — L. <sup>2i</sup> eius — L.

## Глава VII. О его же коварных кознях против Олава сына Трюггви

На двадцать девятом году своего правления<sup>82</sup> [ярл Хакон] узнал, что в Англии находился Олав сын Трюггви, молодой человек хороших способностей. Он, вернувшись с Руси<sup>83</sup>, где воспитывался и опекался королем Вальдемаром<sup>84</sup>, занялся пиратством у берегов Дании. Однажды, сойдя на берег, он был отрезан от кораблей врагами и не мог вернуться к ним. Оказавшись в такой нужде, он воззвал к божьей помощи и дал обет, что станет христианином, если спасется от грозной опасности. Освободившись божественным вмешательством и вернув свои корабли, он отбыл в Ирландию, откуда отправился на острова Силли<sup>85</sup>, которые лежат возле Большой Британии<sup>86</sup>, и там вместе со всеми своими людьми был крещен<sup>87</sup> достопочтенным мужем, аббатом Бернардом. Оттуда он отправился в Англию, где оставался в течение нескольких лет<sup>88</sup>. При этом, изменив свое имя — он назвался Оле — поскольку не желал, чтобы стало известно, кто он<sup>89</sup>.

Когда Хакон узнал, что тот точно находится там, он устремил все свои помыслы к тому, чтобы лишить его жизни, поскольку страшился его, как чуть ли не единственную угрозу себе и своим наследникам. И поскольку он вообще был коварен, то много и долго размышлял над тем, кто бы это исполнил. В конце концов, он вызвал к себе дядей Олава, братьев его матери

Astrithar, Iostein<sup>a</sup> et Karlshofoth<sup>b</sup>, interminatusque<sup>c</sup> est eis mortem, nisi jussis<sup>d</sup> obedirent. Misit ergo eos in Angliam cum quodam antiquo traditore, nomine Thorer klakka<sup>e</sup>, qui prius aliquandiu moratus fuerat cum Olavo<sup>f</sup>. Illi vero<sup>g</sup> non ausi reluctari<sup>h</sup> ejus<sup>i</sup> imperio promiserunt se quidem ituros, sed nullo alio pacto, nisi patefacerent traditionem et consilium comitis<sup>j</sup>, saltem cum Olavus<sup>k</sup> veniret infra Agthanes ad locum, qui dicitur Thialfahellir. Hoc vero<sup>l</sup> parvipendens<sup>m</sup> et<sup>n</sup> confidens<sup>o</sup> solitis artibus, et<sup>p</sup> quasi Olavum<sup>q</sup> in manibus haberet, si illuc usque<sup>r</sup> ignarus traditionis accessisset<sup>s</sup>, sciensque<sup>t</sup> pro certo Olavum<sup>u</sup> nemini crediturum nisi illis, annuit eis quod petebant. Jussit<sup>v</sup> ergo eis nunciare Olavo<sup>w</sup> obitum suum, totam terram ejus praestolari adventum, properare eum debere, ne quid novi interveniret.

Cap. VIII. Quod Olavus<sup>x</sup> repatrians assumpsit<sup>y</sup>  
secum episcopum<sup>z</sup> quendam et<sup>2a</sup> alios  
religiosos viros ad praedicandum verbum  
Dei Norwagiensibus

Olavus<sup>2b</sup> auditis his nunciis<sup>2c</sup> credidit eis, utpote avunculis suis; accelerato negotio paratisque<sup>2d</sup> navibus sumpsit secum viros religiosos, Sigwardum videlicet episcopum<sup>2e</sup>, qui ad hoc ipsum ordinatus fuerat, ut gentibus praedicaret verbum Dei, et<sup>2f</sup> nonnullos alios, quos habere secum poterat, Theobrandum presbyterum<sup>2g</sup> Flandrensem, nec non et<sup>2h</sup> alium Thermonem, presbyterum etiam, habuit et<sup>2i</sup> diaconos<sup>2j</sup> aliquos<sup>2k</sup>.

<sup>a</sup> Jostem — L, B, A; Iosthem — S; Istoem — опечатка в K (13), в указателе — Jostem; Iostein — Storm (14). <sup>b</sup> Karlshofoth — B, K (14), A; Karlschofoth — S. <sup>c</sup> interminatusqr — L. <sup>d</sup> jußis — L. <sup>e</sup> Klakka — L. <sup>f</sup> Olauuo — L. <sup>g</sup> verò — L. <sup>h</sup> reluctarj — L. <sup>i</sup> eius — L. <sup>j</sup> Comitis — L. <sup>k</sup> Olauus — L. <sup>l</sup> verò — L. <sup>m</sup> parvi pendens — L. <sup>n</sup> & — L. <sup>o</sup> confidens — S, K (14); confidens is — A. <sup>p</sup> & — L. <sup>q</sup> Olauum — L. <sup>r</sup> usqr — L. <sup>s</sup> acceßisset — L. <sup>t</sup> sciensqr — L. <sup>u</sup> Olauum — L. <sup>v</sup> Jußit — L. <sup>w</sup> Olauuo — L. <sup>x</sup> Olauus — L. <sup>y</sup> aßumpsit — L. <sup>z</sup> Episcopum — L. <sup>2a</sup> & — L. <sup>2b</sup> Olauus — L. <sup>2c</sup> nuncijs — L. <sup>2d</sup> paratisqr — L. <sup>2e</sup> Episcopum — L. <sup>2f</sup> & — L. <sup>2g</sup> Presbyterum — L. <sup>2h</sup> & — L. <sup>2i</sup> & — L. <sup>2j</sup> Diaconos — L. <sup>2k</sup> aliquot — L.

Астрид<sup>90</sup>, а именно — Йостейна и Карлсхёвуда<sup>91</sup>, и угрожал им смертью, если они не повинуются [его] приказам<sup>92</sup>. Он послал их в Англию вместе с закоренелым предателем по имени Торир Клакка<sup>93</sup>, который некоторое время водил дружбу с Олавом. Они же, не смея противиться его власти, со своей стороны обещали, что поедут, но только при условии, что они не откроют предательского замысла и плана ярла только лишь до тех пор, пока Олав не прибудет к Агданесу, в местность, которая называется Пещера Тьяльви<sup>94</sup>. Хакон же, считая это маловажным, как будто уже заполучил Олава в свои руки, надеялся на обычные уловки, если тот до прибытия туда не будет ведать о предательстве, и зная наверняка, что Олав не поверит никому, кроме них, согласился с тем, что они просили. Так, он приказал им сообщить Олаву о своей смерти, и что вся страна ожидает его возвращения, а также, что тот должен поторопиться, чтобы не случилось ничего непредвиденного<sup>95</sup>.

Глава VIII. О том, что возвращаясь на родину,  
Олав взял с собою епископа и нескольких  
священников, чтобы проповедовать норвежцам  
слово божье

Олав, выслушав этих послов, поверил им, ведь они были его дядьями. Ускорив приготовления и снарядив корабли, он взял с собой священников<sup>96</sup> — епископа Сигурда, которому было поручено проповедовать народам слово божье, и некоторых других, которых он смог взять с собой — Теобранда<sup>97</sup>, священника из Фландрии, и другого священника по имени Термо<sup>98</sup>, а также нескольких диаконов.

Iam<sup>a</sup> enim vir ille bonus praemeditatus<sup>b</sup> se modis omnibus laboraturum, ut Christo totam terram subjugaret vel omnimodis<sup>c</sup> paganis<sup>d</sup> non imperaret<sup>e</sup>, secutus in hoc Iovinianum<sup>f</sup> prudentissimum<sup>g</sup> virum, qui cum, Romano exercitu apud Persas in maximo periculo constituto, a<sup>h</sup> militibus peteretur ad imperium, incunctanter respondit: nullo modo se paganis imperare velle. Iulianus<sup>i</sup> vero<sup>j</sup> Christi perfuga et ex subdiacono atque<sup>k</sup> christiano<sup>l</sup> infelicissimus<sup>m</sup> apostata<sup>n</sup> et<sup>o</sup> persecutor nominis christiani<sup>p</sup>, qui et<sup>q</sup> in eadem expeditione Parthica, ut testatur beatus<sup>r</sup> Hieronymus, sex<sup>s</sup> libros contra Christum evomuit; hic<sup>t</sup> Iulianus seductus a<sup>u</sup> malignis spiritibus, qui ei pro certo victoriam in eadem pugna promiserant, quibus ipse paene<sup>v</sup> quotidie<sup>w</sup> non solum bruta animalia, verum, quod illis multo<sup>x</sup> acceptius est, corpus et animam<sup>y</sup> suam immolabat, accendi fecerat omnes naves, quibus illuc advectus fuerat, ut ablata spe revertendi corda militum ad pugnam animaret. Sed reddidit Dominus in capite blasphemi malitiam suam; nam<sup>z</sup> in eadem pugna divinitus percussus<sup>2a</sup>, nescitur a<sup>2b</sup> quo, manum supposuit vulneri<sup>2c</sup>, cum sanguis efflueret, sparsitque<sup>2d</sup> in aera<sup>2e</sup> cum hujusmodi blasphemia: Vicisti, inquit, Galilae<sup>2f</sup> (dominum enim nostrum sic solebat appellare<sup>2g</sup>), et<sup>2h</sup> ita in verbo blasphemiae transivit de morte temporali in perpetuam.

<sup>a</sup> Jam — L. <sup>b</sup> praemeditatus erat — L. <sup>c</sup> omnimodis — S; omnimodo — K (15). <sup>d</sup> Paganis — L. <sup>e</sup> imperaret: — L. <sup>f</sup> Jovianum — L; Iovinianum — S, A (на полях записано: lege Jovianum). <sup>g</sup> prudentissimum — L. <sup>h</sup> a — L. <sup>i</sup> Iulianus — L. <sup>j</sup> vero — L. <sup>k</sup> atque — L. <sup>l</sup> Christiano — L. <sup>m</sup> infelicissimus — L. <sup>n</sup> Apostata — L. <sup>o</sup> & — L. <sup>p</sup> Christiani — L. <sup>q</sup> & — L. <sup>r</sup> Beatus — L. <sup>s</sup> sex — S, A (на полях записано: lege septem); septem — K (15). <sup>t</sup> evomuit. Hic — В L здесь начинается новое предложение. <sup>u</sup> Iulianus — L. <sup>v</sup> paene — L. <sup>w</sup> cotidie — L. <sup>x</sup> multo — L. <sup>y</sup> anima — L; это слово последнее в строке; над буквой «а» стоит титло, обозначающее сокращение; данное слово следует читать как «animam». <sup>z</sup> suam. Nam — В L здесь начинается новое предложение. <sup>2a</sup> percussus — L. <sup>2b</sup> a — L. <sup>2c</sup> vulneri — L. <sup>2d</sup> sparsitque — L. <sup>2e</sup> in aera — L. <sup>2f</sup> В L как цитата подчеркнуты слова: «Vicisti... Galilae». Galilee — B; Galilae — S; Galilae — K (16), A. <sup>2g</sup> Dominum enim nostrum sic solebat appellare. — L. <sup>2h</sup> Et — В L здесь начинается новое предложение.

Ведь сей добродетельный муж решил всеми силами трудиться, чтобы подчинить всю страну Христу, или иначе вообще не править язычниками, следуя в этом Иовиану<sup>99</sup>, мужу мудрейшему, который, когда римская армия, воюя в Персии, оказалась в большой опасности, и солдаты просили его стать императором, без промедления ответил, что ни коим образом не желает править язычниками<sup>100</sup>. Юлиан<sup>101</sup> же, отступник от Христа, из иподиакона<sup>102</sup> и христианина сделался несчастнейшим изменником и гонителем Христова имени. В том же парфянском походе, по свидетельству блаженного Иеронима<sup>103</sup>, он изрыгнул шесть книг против Христа<sup>104</sup>. Сей Юлиан, совращенный злыми духами, обещавшими ему верную победу в этом сражении, почти ежедневно приносил им в жертву не только животных бессловесных, но также, что много более приятно им — свою душу и тело. Он приказал сжечь все корабли, на которых прибыл туда, чтобы после того, как будет утрачена надежда на возвращение, сердца воинов вдохновились на битву. Но господь обратил злобу богохульника на его же собственную голову<sup>105</sup>. Ведь, в этой же самой битве сраженный по воле свыше неизвестно кем, он, зажав рану рукой, поскольку кровь сильно шла, бросился на копья с кощунственными [словами]: «Ты победил, галилеянин»<sup>106</sup> (поскольку он имел обыкновение именно так называть господя нашего); и с этими богохульными словами он перешел из временной смерти в вечную<sup>107</sup>.